


Philipp Hartmann Gothofredus Reichardt

## **Disputatio Philosophica De Lege in genere, & in specie de Lege Naturali**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729600874>

Druck Freier  Zugang



RU phil 1639  
Philipp Hartmann  
Sollmus Reichardt





IN NOMINE JESU  
DISPUTATIO PHILOSOPHICA  
De  
LEGE in genere, & in spe-  
cie de  
LEGENATURALI.

Quam

*Summo Legislatore favente*

In Almâ Rosarum Academiâ

*Publico ac placido Doctorum examini subjiciens*

M. PHILIPPUS HARTMANNUS,

Lubená-Lusat.

PRÆSES,


ET

GOTHFREDUS REICHARDT,

Bregâ-Siles.

RESPONDENS.

*In Auditorio Majori ad diem 23. Martij,  
horâ matutinâ*



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M, DC, XXXIX.

IN ...  
DISPUTATIO ...

LIBER INGENUORUM & IN ...  
CUT DE

LIBER NATURALIS

Quinto ...

in ...

...

M. PHILIPPUS HARTMANNUS

...

...

CONTINUED ...

...

...



ROSTOCK

...



## Cum DEO!

**L**EX, imprimis Naturalis Anima est & Forma Reip. juxta quam justitiam & judicium Magistratus exerceat, sine hac nulla potest esse Respublica, & quamvis Justinus l. 1. c. 4. ajat: Populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro legibus erant; nullam tamen unquam fuisse gentem legis omnium expertem firma stat sententia. Lex enim naturalis omnibus insita est; hac lex debet tradere discrimen honestorum & turpium, sine qua nulla Respublica esse potest, ex qua tanquam fonte fluit jus civile, quod rivulus legis naturalis dicitur ann. Renking. Non tamen hac tradit, de essentia Reip. esse veram Religionem habere, salutiferam cognitionem, & amorem Domini: si enim esset de ejus essentia, sequeretur infideles non habere veram Remp. cum tamen Scriptura & ratio dicitur contrarium. Nonne Nebucadnezari idololatra subjecti esse debebant Judaei & omnes gentes? imò pro ejus salute orare ipsis à Deo per Jeremiam mandabatur. Petrus etiam latè hac deducit, posse esse fideles sub infideli Magistratu, & debere eos parere infideli, imò hos homines, qui dicunt, Rempubl. non posse esse tranquillam, si subditi sint diversae Religionis à Principe, Rege, vel Imperatore, vocat ἀφεσως 1. Petr. 2. v. 15. imò summam eos habere in Politicis ἀνωμοτων asserit (ò utinam Germania nostra hac perpendisset!) sed publicam honestatem tradit & cultum Dei sincerum, non hypocriticum.

De LEGE aliquid in Genere, & in Specie de LEGE NATURALI tradituri sumus, Deus adsis nobis Spiritu suo.

1. Legem à legendo dici notum est, Græcis dicitur νόμος à νόμος tribuendo quod suum unicuique tribuat, hinc Pythagoras dixit teste Philo-  
sophol. 5. Eth. c. 5. τὸ δίκαιον τὸ ἀντιστοιχεῖν τοῖς ἀλλοῖς Jus est par pari referre.

2. Grotius l. 1. de jure Naturali c. 1. num. 9. legem ita definit: Lex est regula seu norma actuum moralium obligans ad id quod rectum est.

3. Loco generis est Regula vel Norma, quæ insita vel præscripta est; est norma perfectionis juxta quam omnes exigendi sunt actus, & quo propius qui accedit ad legem, eo fit perfectior.

4. Norma certa sua habet attributa, quare breviter proponimus attributa legis.

I. Norma sit notior normato. Sic lex sit nota, perspicua, clara, quæ ab omnibus intelligi poterit; quomodo enim obscurum & ignotum obligare potest?

II. Nihil est in normato, quod non sit in norma, in Theologia nihil est credendum, quod non sit in Scriptura Sacra: leges ergo debent respicere omnes omnium hominum actus morales, & tales leges ferri debent, ac si homines in universum mali essent.

III. Norma sit indivisibilis, Leges quidem variæ sunt, at unum respiciunt fundamentum. causas sc. naturales à DEO recte rationi impressas. Exulare autem debet à Republ. multitudo legum; corruptissima enim est Respubl. ubi multæ sunt leges, hinc tot motæ sunt controversiæ non sine maximo bonorum & animarum dispendio. Leges forenses Mosaicæ quibus populus Israëliticus coerceretur paucissimis pagellis comprehendi poterunt.

IV. Norma sit infallibilis, sic omnes hæ actiones non aberrant, quæ cum lege conveniunt; Inprimis autem ista infallibilitas fundatur in lege Divina & naturali. Nunc de Consuetudinibus ut adjunctis (quæ si contrariantur legibus Divinis & naturalibus abrogandæ sunt) ut & de legum abrogatione, quæ ad has affectiones referri poterunt, quædam dicenda forent, sed ea omittere nunc lubet.

8. Obligare ad id quod rectum est, formam dat legibus: leges enim sint justissimæ. *Δικαιοσύνη* inquit Aristoteles est τὸ ἐπινοεῖν δίκαια ἀδίκαια: justitia est correctio injustitiæ, hinc gentes justissimas sanxerunt leges. Omnes positivæ eo debent tendere ut sint εὐς ἐκδίκησιν κακοποιῶν ἐπινοεῖν ἀγαθῶν, ut Petrus inquit, & quæ eo non respiciunt sunt iniquæ.

9. *Materia est Resp. & in eâ* 1. *Homines* juxta quorum constitutionem & mores leges sunt ferendæ, sic Germani sunt ad libertatem proclives, Per sæ & alij magis ad servitutem vergunt; pro diversitate igitur gentium diversimodæ leges sunt constituendæ. 2. *Res* quæ sunt Actiones civiles & criminales.

10. *Finis est;* Regulam esse honestè vivendi subditis & Magistratui, simulq; frænum. 2. *Publica utilitas & honestas.* Cum enim Respublica non constet *ὅτι ἴσων ἀλλὰ ὅλων ἐτέρων* ut Philosophus inquit, legibus certis omnia erunt determinanda. *Efficiens est Deus summus Legislator* & Magistratus, æquum est autem ut accedat consensus populi & eorum, quorum interest, hinc Comenius inquit v. disp. nostram de Principis virtutibus, *nemo est omnium principum, qui jms habeat vel teruncium unum exigendi à subditis præter censum annuū, nisi populus ei assentiatur,* adde quod ex leges quæ cōmuni cōsensu sunt receptæ immutabiles sint.

11. *Lex vel est Divina vel Humana.*

*Divina.* 1. *Lex moralis promulgata à Deo.* 2. *Lex ceremonialis.* 3. *Lex forensis Judaica.* de quibus Theologi agunt. 4. *Lex Naturalis.* Lex ceremonialis abrogata est, hinc sanguinem edere jam licet, ut expresse innuit S.S. Levit. 17. v. 11. Sanguis est datus ad expiandum animas super altari meo, jam autem sanguis non offertur E. edere licet. *Cessante autem causa cessat effectus.*

12. *Humana est vel fundamentali, quæ Reip. constitutionem & gubernationem concernit.* ut in Polonico & Germanico Imperio Electio, in Gallia successio.

13. *Vel merè positiva, quæ à Principe promulgatur,* de hoc jure s. lege dicit Aristot. *νομικὸν ὁ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἔδειν διαφέρει ἕτως ἡ ἄλλω, ὅταν δὲ δῶνται διαφέρει* vide ejusmodi leges apud Niceph. Gregor. Rom. histor. l. 2. p. m. 31. Olivar. ap. Thuan. l. 3. Huc pertinent constitutiones cujusq; Nationis de quibus JCtragunt. Nos has duas saltem proponimus quaestiones.

14. 1. *An omne id quod non prohibeat lex s. jus forense, civile seu Politicū sit licitum & an ex lege forensi sumenda sit regula bene vivendi?* Nos negativam defendimus. exemplum nobis est repudium in lege Forensi Moisaica, poterat enim vir libellum repudij dare exsæ, nisi eam compresserat ante matrimonium vid. Deut. 22. v. ult. Hinc Judæi putabant se tunc legem servasse cum politico modo servarent, ac id sibi licitum quod in ju-



re civili non erat prohibitum, sic Moses ad prohibendas libidines concesserat ἀποστοίον sed Christus contrarium monstrat Matth. 5. v. 32. *quæ dimiserit suam uxorem extra negotium scortationis* ( tunc enim licet eam dimittere & aliam ducere ) *facit eam scortari.* & qui dimissam ducit *machatur*, monstrat E. regulam bene vivendi sumi ex jure Politico, hoc enim ad mores hominum flectitur, Deus vero legem Spiritus ferendo non respexit quibus possent, sed quid debeant homines, omnia vitia non simul & semel abrogat jus forense, sic taxat Thuanus l. 65 Jesuitarum *πλυταρχμοσύνην* qui Lusitanorum delicias volebant in Laconicam commutare parsimoniam; *Omnia mala & vitia non vetat nec punit Lex Politica ut iram, fastum avaritiam*, sic ebrietas apud Germanos impunita relinquitur, quamvis publicum hoc vitium publicis legibus prohiberi deberet, ob publica enim ista peccata (privata Deus condonat populo, nec vult gentem ob ea delere) exardet Dei excaecentia, extremis E. malis extrema adhibenda essent media, an ira Dei averti possit. Notes autem ultimò Aristotelis axioma l. 5. Eth. c. 11. Lex non jubet seipsum quempiam occidere *ἢ δέμη καλέυες ὁπαγογεύει* qua autem non jubet vetat

15. 2. An lex forensis jure possit contrariari legi divina & naturali. Resp. Non, nisi id fiat ex dispensatione solius Dei, id videmus in fratri quam debebat ducere frater defuncti. Matth. 22. v. 24 (per fratrem intelligitur non solum germanus sed alij proximiores gradu, agnati, patruales; Ruth. 2.) sed dico hanc & præcedentem legem concessam esse ex dispensatione Divinâ ob certas causas, hæc in primis 1. Ad familiae perpetuitatē & distinctionem conservandam. 2. Ad tranquillitatem publicam non enim parum inter est si hereditates impermixtæ maneat, & quævis familia suas possideat facultates, in N. autem Testamento omnia revocata sunt ad primam institutionem.

16. Sed his omissis quæ dici possent de Lege in genere, accedimus ad legem naturalem, de cujus existentia quæstio est. Aristoteles tabulæ rarisæ confert animam hominis, in qua nihil scriptum, sed quodvis ipsi imprimi potest; Nos firmiter statuimus eam dari vii. Scripturæ Rom. 1. v. 19. *το γνωσθῶν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς* Rom. 2. v. 14. 15. *ὅτι πάντες ἔδνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τῶ νόμου ποιῶν, ὅτι νόμον μὴ ἔχοντες, ἐαυτοῖς εἰσι νόμοι, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τῶ νόμου κρατῶν ἐν τοῖς καρδίαις αὐτῶν.* 2. Rationis rectæ, hi homines qui negant da-

ri

et legem naturalem, vel ex solâ Logicâ Naturali refutari possunt; esse enim in intellectu nostro aliquod lumen & tenuem disciplinâ rationis igniculum quis negare poterit, ex quo principio rustici & alij Logices artificialis expertes argumentationis mediâ inveniunt & disponunt, imò de aliorum rationibus judicant, verum à falso, honestum à turpi discernunt; nisi mediante hac cognitione naturali? Unde gentium statuta justissima, de Deo & homine dicta sapientissima nisi ex scintillis & igniculis imaginis Divinæ, & ex hoc, naturæ bono à Deo in primâ creatione nobis insito?

17. *Definitur communiter quod sit notitia cordibus hominum in primâ creatione impressa, tradens discrimen honestorum & turpium, eo sine us illa appetantur hæc fugiantur.*

18. *Hæc Lex oritur ex scintillis imaginis divinæ & differt nunc à lege morali ut perfectum & imperfectum.*

19. *In Scriptura sacra ipse Decalogus aliquid ceremonialis in se continet v. g. in 3. præcepto, ceremonialis est, septimum diem in septimanâ ad sanctificationem & laudem Dei esse constituendum, moralis, certum diem esse constituendum ad specialem Dei cultum in septimana, hinc ut in creatione primâ septimus, ita in creatione secundâ primus utpote, quo Dominus quievit ab opere redemptionis. In legibus ceremonialibus multa sunt ad quorum analogiam ritus in Ecclesiâ N. T. sunt constituti v. g. campanæ ad similitudinem buccinarum, Organum, Musica, Tria festa solemnia, Confessio peccatorum ad hirci emissarij similitudinem, super quem manus ponebantur, it. pœnitentia Ecclesiastica Levit. 19. v. 23. it. Sacerdotes non esse mero implendos quando sacra debent peragere & quæ alia statuta ad ejus similitudinem proferri possent, ita in legibus foventibus Mosaicis multa sunt leges naturales & in his fundata. Licet enim Leges forenses Mosaicæ Politia Judaicâ dirutâ sint abrogatæ. Diruta enim Republ. lex quod tollitur, ex tamen leges adhuc hodie nos obligant quæ sunt juris communis & in jure naturali fundatæ & exinde fluunt ut jus Gentium, quis ergo prohibeat eas leges naturales ex Mose excerpere & naturam magis ex Scripturâ perficere, non mihi affinget aliquis mæfalcem in alienam messem mittere; Dic enim mihi, cujus est agere de naturâ & de rebus naturalibus nobis à Deo impressis; nonne Philosophi? Qui enim vult abstrahere & se jungere naturam à Philosophiâ, ille abstrahat prius rationem ab homine, & videat ne cum ipsâ ratione insaniat.*

Et

Ex lege igitur Mosaicae Leges naturales primarias excerpere placet; adde quod hodiernus Politicus necessario, si velit de nostrâ Republ. & eius legibus disputare & civem bonum efficere, debeat Scripturam rationi adungere.

20. Lex Naturalis omnes ubiq; obligat ne Principe excepto, rectè ergo Artes l. 5. Eth. c. 7. *Φύσιν μὲν διέταξεν τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν καὶ ἡ δὲ δοκεῖν ἡμῖν* & eodem capite τὸ μὲν *Φύσει ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὡς πῦρ*. Jus naturale est immobile, & ubiq; eandem habet potentiam, ut ignis ubiq; calidus est & urit. adde quod Lex hæc conscientiam mordeat si transgrediatur.

21. Lex naturalis pro immobili habetur, quod si hæc res vera, fera ut Cervi lepores & alia ejus generis delicia non solum ad Magnatum culinas referenda; sed & Philosopherum & vulgi mensis forent apponenda, jus enim nature voluit feras pisces, aves esse communes, quæ sit quod legibus civilibus horum capiendorum potestas sit circumscripta, & id quod natura voluit ad omnes referre, ad certos determinetur? Magnatum qui favent culinæ distinguunt inter id quod natura vult esse commune, & quod jubet, sic jubet jus retaliationis, & dicunt naturam velles saltem eas feras esse communes, non aures jubere, & æquum esse cū Magistratus debeat defendere sylvas à latronibus &c. horum potestatem ad Magistratum referri, & hac ratione argumentis suis Philosophi feras naturæ communes ad cujusvis culinam referre non possunt de mut. vid. Renking. p. 394. de Reg. Pol.

22. Duo ejus præcepta traduntur, suum cuiq; tribuere, & neminem lædere; sic Deus verus super omnia est colendus, parentes sunt honorandi, omnia debent honestè fieri. Ex his legibus naturalibus fluunt statuta Gentium, & hæc jura Gentium ut principia in Ethicis tradi debent sed parum aut nihil in his invenies. Tale jus oranium consensu receptum, de capillis v. ap. Paul. 1. Cor. II. v. 14.

23. In specie docet Lex naturalis, Principi & Magistratui incumbere  
1. Curam cultus Divini. 2. Justitiam & judicium exercere. 3. Suam jurisdictionem defendere. 4. Publicam salutem querere. 5. Publicam fidem sanctè servare. Est enim fundamentum Reip. publica fides, & sine hac consistere non potest, quare constans sit in promissis servandis, fidem datam, servet cuivis, hosti. rebellibus: Bod. l. 1. cap. 8. p. 135. hæreticis &c. & hi homines qui scriptis divulgant, fidem publicam datam à principe, non esse  
cui

omnium servandam, à Magistratu sunt puniendi et homines fundam-  
 menta Reip. diruentes, nec toleranda sunt tales hypotheses & e-  
 arum defensores in Republ. utpote tranquillitati Reip. adversan-  
 tes. 6. Fœdera si terminus non adsit non frangere. 7. Pacem cum  
 vicinis colere, aliena regna non appetere, hinc lex Divina & Magi-  
 stratum & subditum obligans, de terminis non movendis de quibus  
 infra. 8. Legatos aliorum non violare. 9. Hostem convictum non  
 laceffere. 10. Erga victos esse clementem. Alia addi possent  
 quæ natura Principi dicitur ut de mari libero, terrâ libera sed  
 sufficit digitum intendisse.

24. Subditis naturâ convenit REVERENTIA, quotuplex  
 ea sit proposuimus in Disputat. de Magistratu, ea debetur &  
 Tyranno cum titulo, nisi subditi ex conventionione jus resistendi  
 habeant, si in totam Remp. sæviat. Proponamus nunc brevi-  
 ter leges quasdam Naturales ex Mose desumptas.

25. 2. Occidens virum morte plectatur, hæc tamen cautelâ, Exod, 21.  
 si causse hujus cædis sit per sei. e. ex propria intentione, ex odio, v. 12. 13.  
 & insidiis, non verò si caussa per accidens i. e. præter ejus inten-  
 tionem id factum sit, sine odio &c.

26. 3. Plagiarius si vendiderit hominem morte plectatur. v. 16.

27. 4. Percutiens vel maledicens Patri vel Matri morte ple-  
 ctatur. Aristoteles de quodam recenset lib. 7 Ethic. c. 6. qui,  
 tractus à filio usq; ad fores, ibi eum subsistere iussit, dicens eo-  
 usque se etiam Parentem suum traxisse: sed hæc pœna non suf-  
 ficat.

28. 5. Si percutiat qui servum & servus vivat per biduum, v. 20. 21.  
 ultio non fiat, nam est argentum ejus, ipse Dominus non fecit hoc  
 ex intentione eum occidendi, sed per Accidens. Nam non præ-  
 sumitur, aliquem argentum suum amittere velle.

29. 6. Mulier gravida læsa ab aliquo potest illi imponere v. 22. 23. 24  
 summam pecuniæ & si noxa acciderit, tunc jus retaliationis locum  
 habet, quod non est abrogatum.

30. 7. De bove cornupeto &c. Lex naturalis; v. 29. 30.

31. 8. Fur debet furtum pro ratione damni restituere. Sic in in fin.  
 Lege

B

Lege qui bovem esset furatus quinque boves debet restituere, qui autem unum ex grege minore, quatuor tantum: Ratio. Nam majus incommodum resultavit Domino ex amissione bovis, non enim poterat arare &c. quam ex amissione gregis minoris.

6.22.7.1,2,3

32. Cum quo jure agere possumus & qui judicio sisti potest, cum eo via extraordinaria non est eligenda; sic si Sol fuerit ortus & fur poterit cognosci & deprehendi, interficiendus non est, sed judicio sisti debet, & solvat duplum, si non habeat vendatur vel fiat mancipium æternum vel temporarium, contra hanc legem peccant, qui putant, Tyrannum sine titulo, à quovis posse interfici, si enim posset coram judicio sisti, tunc jus naturale deberet observari, aliàs si arma in manu habeat, ut publicus grafatur à quovis potest interfici. Sic peccant hi qui bellum contra aliquem suscipiunt & continent, cum alter jure agere & satisfacere paratus sit, summum sane nefas

v. 4, 5, 6.

33. Qui metam frumenti comburit ille solvat damnum.

34. Si quis seduxerit virginem & cum illa cubuerit, festinanter eam sibi ducet in uxorem: si renuet &c. Lex hæc naturalis, & conspicitur majus esse dedecus viro deflorare, quam virgini deflorari.

v. 13. 14.

35. Lex naturalis de commodatione.

v. 24. 25.

36. Feneratorio & exactio in populo non est concedenda: Lex Di-

Lev. 26. v. vna hoc in loco vult; quod, egeno fratri si pecunia mutuo data

36. sit, usura ab eo non sit accipienda imò nec pignus conf. Psal. 15.

Deus. 2. 4. v Ezech. 28. aliàs contractus est licitus, & natura dicitur quod me-

11. 12. 13. diocri usura in commodatione pecunia concedenda sit, si alter ex pecunia commodata lucretur, alterius verò lucrum cesset aut damnatur.

v. 23. v. 4, 5.

37. Hosti benefacere debemus, id natura dicitur, nos studere debere cõformes fieri Deo, & cum ille piis & impiis benefaciat E.

v. 6.

38. Judicium egeni non est pervertendum ex arbitrio judicis; sed iudex judicare debet juxta causa bonitatem, vel pravitatem, condemnando impium & justificando justum.

v. 8.

39. Munera à Magistratu plane non sunt accipienda, quia munera excæcans sapientes פקדוים פקדוים qui oculos mentis habent apertos & judicium rectè exercere possent, munera verò corrumpunt ac perver-

perversunt actiones iustorum. Honestis stipendiis Magistratus est alendus vid. Samuel. hist. Specialis lex habetur P<sup>s</sup>al. 15 quod munera multò minus super innocentem accipienda sint.

40. Levit. 18. *Lex naturalis proponitur de illegitimis gradibus conjugij*, de quibus agere Politici est, sed cum doctiorum iudiciis hæc sint commissa ea expectamus.

41. *Mercenario merces danda* vid. 1. Cor. 9. ubi ex naturâ p<sup>a</sup>. 6. 19. v. 13. Floris &c. hæc deducit.

42. *Non teipsum ulciscaris, diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Rursum, Vim vi repellere licet, & hæc lex est naturalis Cic. pro Mil. Est non scripta sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verù ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus &c. Non contrariatur priori legi Dei *die einig Nothwehr ist vergund*, inquit Luth. & à privato deficiente ordinario Magistratus auxilio, ad propulsandam violentiam extremam adhiberi potest, aliàs juxta mandatum Christi Matth. 5. v. 33. omnia potius sunt perferenda quàm seipsum ulcisci.

43. *Canities est honoranda* Sanè non refertur inter infimas causas devastationis regni Babyloniorum, quod non respectum habuerint seniorum Es. 47 v. 6. & super seniores aggravasti jugum tuum. Nee infima ratio nostræ destructionis quod in civitatibus & in pagis præfertim, non fuerit respectus senum. Seniores rustici æquè servitutibus, verberibus & exactionibus sunt excepti ac juniores; cum tamen natura ipsis det remissionem & reverentiam.

44. *Peregrini non sunt opprimendi sed diligendi, sicuti indigena cuius sit.* Magno solamine dicitur Deuter. 10. v. 19. Ego diligo peregrinum & do ipsi panem & vestes.

45. *Iustitia commutativa in contractibus observanda, pondus non sit diversum.* v. 34, 35.

46. *Blasphemi in Rep. non sunt tolerandi* Lev. 24. v. 14.

47. *Natura pauperum curam suadet.* Deut 14.

48. *Juxta os duorum aut trium testium persona condemnetur,* Deut. 17. & manus testium in populo Judaico primam debebat lapidem v. 6. movere ut sanguis, si innocens, super eos & non populum esset.

49. *Terminus, quem posuerunt Patres nostri non est mutandus.* Deut. 19. Sic v. 14.

Sic Reges non debent aliena appetere regna, ampla imperia gubernari rectè non possunt, & sub viriù suarù pondere fatiscunt.

9. 15. 16. 17. 50. *Testis falsus eadem pena est plectendus quam volebat inferre proximo.* Hæc lex naturalis: famâ enim malâ sæpe totâ Regio corrumpi poterit. vide textum.

Deut. 20. 51. *Milites sunt conscribendi ex civibus bellicosis, pavidus non sunt admittendi, sunt viri honesti & quævis adire parati v. Alexandri Exercitum Justin. l. ii. si principia castrorum cernas, senatum te priscæ alicujus Reip. videre dices.*

Deut. 22. 52. *Vir non induat vestimenta muliebria, & contra.* Variè explicant **לבוש אשה** Pagninus arma militaria intelligit sed oppositio declarat per **אשה**. Excipiunt autem 1. casum necessitatis ut. Si quis ex injustâ servitute effugiat: sic mulieres Myngarum vestes muliebres viris tradiderunt, & sic supplicium capitale cui jam destinati erant effugerunt Herod. l. 4. 2. Pietatis causa ut Patriæ liberaudæ causa v. Val. l. 4. c. 9.

53. *Filij non debent mori propter Patres & contra.* Quilibet eb peccata sua moriatur, ratio est naturalis, nemo habet potestatem vitæ suæ in manu suâ; sed Deus. Christus verò habuit potestatem animam ponendi pro peccato sibi imputato.


54. *Appellationem jure naturali & divino concessam esse colligitur ex Deutr. 18. v. 22. & exempl. Paul. qui appellavit Cesarem.*

55. *Nemo causâ incognitâ debet condemnari, audiatur & altera pars, talis processus judicij est. Gen. 3. facile delatoribus assensus non est præbendus, si autem crimen sit notorium & contumaciter quis respondere recuset, potest cum eo ut cum muto agi.*

56. *Quod quis seminat ejus fructus & pariceps fiat vid. I. Cor. 9. Non quis enim plantat vineam & de ejus fructu non edit. Tantum.*







si legem naturalem, vel ex solâ Logicâ Naturali refuta-  
nim in intellectu nostro aliquod lumen & tenuem  
igniculum quis negare poterit, ex quo principiò rusticis  
officialis expertes argumentationis media inveniunt  
de aliorum rationibus judicant, veram à falso, honestu-  
nunt; nisi mediante hac cognitione naturali? Unde gra-  
uissima, de Deo & homine dicta sapientissima nisi ex  
oculis imaginis Divinæ, & ex hoc, naturæ bono à Deo in  
nobis insito?

17. Definitur communiter quod sit *notitia cordibi-  
mâ creatione impressa, tradens discrimen honestorum &  
illa appetantur hæc fugiantur.*

18. Hæc Lex oritur ex scintillalis imaginis divina  
lege morali ut perfectum & imperfectum.

19. In Scriptura sacra ipse Decalogus aliquid cere-  
v. g. in 3. præcepto, ceremonialis est, septimum diem in-  
stitucionem & laudem Dei esse constituendum, mor-  
esse constituendum ad specialem Dei cultum in septimâ  
creatione primâ septimus, ita in ereatione secundâ p-  
Dominus quiescit ab opere redemptionis. In legi-  
multa sunt ad quorum analogiam ritus in Ecclesia N. T.  
campanæ ad similitudinem buccinarum, Organum, M-  
lemniam, Confessio peccatorum ad hirci emillarij simi-  
quem manus ponebantur, it. pænitentia Ecclesiastica  
Sacerdotes non esse mero implendos quando sacra  
quæ alia statuta ad ejus similitudinem proferri possen-  
rentibus Mosaicis multa sunt leges naturales & in his fu-  
Leges forenses Mosaicæ Politicâ Judaicâ diruta sint ab  
enim Republ. lex quor. tollitur, ex tamen leges adhuc h-  
quæ sunt juris communis & in jure naturali fundata  
jus Gentium, quis ergò prohibeat eas leges naturales  
& naturam magis ex Scripturâ perficere, non mihi af-  
falcem in alienam messem mittere; Dic enim mihi, c-  
tura & de rebus naturalibus nobis à Deo impressis;  
Qui enim vult abstrahere & se jungere naturam à Phil-  
hat prius rationem ab homine, & videat ne cum ipsâ

